Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Juristische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. II, 79
Signatur:	Cent. II, 79

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

De francia .i. lege saxonum .i. consuetudine. Legibus .i. consuetudinibus. Non francorum lege. quoniam putabat esse de substantia matrimonii. arg. xxx. q. v. aliter. ubi videtur quod matrimonium omissis sollempnitatibus non valeat. sed non est verum quia illa potius ad sollempnitates referuntur. quam ad veritatem que tamen servanda est si quomodo fuerint: tenet matrimonium. quia solus consensus facit matrimonium. xxvii. q. ii. sufficiat. b.

prava tolleranti. ne deterius inde contingat. nam multa per patientiam tolleramus. etc. s. de presb. cum iam dudum. al' de iure merito deberent compelli ut fidem suam iuramentum fuaverit. de hoc dicitur i. c. ex litteris. ii.

Iuvenis .i. duxit. i. sic ergo cessat illud contrarium. s. de rest. spol. ex parte. Dubia. sic ergo patet quod in dubiis semper certius est tenendum.

Incipit liber iiii. De sponsalibus et matrimonio. Rubrica.

Ex concilio triburiensi.

De francia quidam nobilem mulierem de saxonia lege saxonum duxit uxorem. verum quia non eisdem utuntur legibus saxones et franci causatus est quod eam non sua i. non francorum lege desponsaverat. dotaverat. dimissa qua illa aliam superduxit. Diffinivit super hoc sancta synodus ut ille transgressor evangelice legis subiciatur penitentie. et a secunda coniuge separetur. et ad priorem redire cogatur. Innocentius iii. Cremonensi episcopo.

Preterea hii qui de matrimonio contrahendo pure et sine omni conditione fidem dederunt commonendi sunt. et modis omnibus inducendi ut prestitam fidem

observent. Si autem se adinvicem admittere noluerint. ne forte deterius inde contingat ut talem scilicet ducat quam odio habeat. videtur quod ad instar eorum qui societatem interpositione fidei contrahunt et postea eandem sibi remittunt. hoc possit in patientia tolerari.

Eugenius papa.

Iuvenis qui puellam nondum septennem duxit quamvis etas repugnaret ex humana tamen fragilitate temptavit quod complere non potuit. Quia igitur in his que dubia sunt quod certius existimamus tenere debemus. tum propter honestatem ecclesie quia ipsa coniux ipsius fuisse dicitur. tum propter predictam dubitationem mandamus ut consobrinam ipsius puelle quam postmodum duxit dimittas ab eodem.

Alex. iii. papiensi episcopo.

Ad audientiam nostram perlatum est quod H. papiensis civis eundem filiorum .l. filiam suam dare vellet uxorem iuravit quod si ille eam casu aliquo intervenienti habere non posset alteri filio quem de alia uxore genuerat eam dem matrimonio copularet. Contractis autem a filio priore sponsalibus quedam consanguinitatem inter eos esse iuramentis inter

de pe. di. vii. c. ii. ubi dicitur tene certum et dimitte incertum. i. de homicid. ad audientiam. xxiii. di. sicut et in re dubia certa non potest ferri sententia. xi. q. iii. grave. xxxiii. di. lubrice. q. ult. c. ult. infra de iure iur. c. illud quesitum. quia tamen cum obscura sunt in ipsis tutiorem certa ferri debet sententia. s. de side instru. inter dilectos. infra. si non de iuribus dubia quia actor non probavit clare. et ita possit iudicium de quo quia dubia sunt que extra ...

mentum etiam. quia equipollent. s. de fideiussoribus. pervenit. xxii. q. v. iuramenti huius causa. Societatem. ff. pro socio. verum. s. ult. et l. actione. s. dixerimus. In patientia tolerari. hoc ideo dicit quia ex quo non est processum ad matrimonium contraria voluntate accedente possunt se invicem absolvere ut videtur. quoniam omnis res per quascumque causas nascitur etc. i. de reg. iur. omnis res. et ff. de reg. iur. nichil tam naturale. quia in tali fide prestita sine iuramento sub taliter nullum est condo. s. si in eadem voluntate permanserint. ar. s. de iur. iur. quemadmodum. xxii. q. ii. neque is arbitretur. hoc fuit opinio t. dicentis quod hoc decretale non valebat quia contra hoc dicebat et bene quod loquitur de separativa permissione. ut .i. quis cl. ut vovent. c. veniens. quod et michi videtur et loquitur dispensative et hoc aperte indicant ista verba. hoc possit in

nulla fuit. quia ex quo desponsatur uni fratrum alius eam habere non potest. xxvii. q. ii. si quis uxorem. ac. sequenti. nisi forte ante septennium contracta essent sponsalia. i. ti. proxi. litteras. accessit. et duo puerum. cessante eo quod dicitur. s. e. c. proxi. Sponsam filii. xxvi. di. s. Iohannes. xxvii. q. ii. si quis desponsaverit. ar. contra. viii. q. i. olim. ii. de divor. c. ultimo. solo illud iniusticium fuit et optinuit in fratre sine sobole defuncto. hodie secus. Habere non potest. sed videtur quod hoc ideo nulla fuit. quia inter eos nullum obligatorium vinculum de iure fuit contractum consanguinitate impediente. quia impossibilium nulla est obligatio. instit. de inutil. stipul. s. si impossibil. et ff. que sen. sine app. rescin. paulus. sed impossibile est id quod contra bonos mores est. ff. de condi. insti. filius. xxii. q. ii. faciat homo. et eius quod esse non potest nulla est promissio. instit. de inutil. stip. s. i. et optim